



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

48. An licitum sit sumere venenum, ut experiatur virtus theriacæ? Ex p. 5.
tr. 4. r. 38.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

teneretur ex charitate potius permittere se interfici; quam occidere iniuaforem: quia in tali casu mors aeterna iniuaforis non dependeret à voluntate libera ipsius; unde ex praecepto charitatis obligantis ad exponendam vitam temporalem pro vita spirituali proximi, quando iactura ipsius non dependet à voluntate ipsiusmet, teneretur iniuafus permittere se interfici potius, quam occidere talem iniuafrem.

6. Sed si dubitaret multum de suo statu, potius deberet cauere vitam spirituali propriae, quam alienae; Existimarem tamen, quod si quis ex charitate quamvis antea dederet esse in malo statu, permitteret se interfici, quod iustificaretur mediante actu tam heroico charitatis, & voto Sacramenti illo incluso. Haec Pontius, multum quidem notanda.

7. Colligitur ex dictis, posse occidi satellites, seu publicos ministros cum moderatione inculpatæ tutelæ, si forte, vel iniuste conentur interficere innocentem, vel illum capere, ut iniuste occidatur, dummodo ipsi sciant eum esse innocentem. Quod ignorent, & bona fide minus sum obeant, plerique Auctores docent non posse occidi; bonum enim commune postulat, ut non inferatur damnum ministris bona fide publicum officium exercentibus. Ita Dicastillus loco citato, n. 11. qui adducit Molinam, Couarr. Aragon. & alios; sed Franciscus de Cuenca de sui defensione lib. 2. q. 3. num. 11. & 12. ait, iniuste carceratum posse licite à carceribus fugere, tam adhibita conspiratione frangendo carcerem, quam vincula dirumpendo, & si opus fuerit etiam carceris Custodes occidendo; Boërius d. decis. 215. num. 30. vers. quinimo, per Lucam de Penna in l. prohibitorium C. de iure scti lib. 20. col. 2. n. 11. vers. sed pone dum ageretur, Farinacius d. titul. de carceribus quaest. 27. n. 14. & d. qu. 30. n. 129. plures referens.

8. Nota, quod licet possit quis etiam interficere iniuaforem iniustum vitae, bonorum, honoris proximi, ut impediatur si non possit alio impedi; difficultas est an teneatur quis id facere? ad hoc dubium Ioannes Pontius ubi supra, concl. 8. n. 31. sic respondet; Existimo quod sic, praesertim ad tuendam vitam innocentis, quia cum licite possit, videtur charitas obligare, ut faciat, quicquid dicat Cardinalis Lugo post Lessium, nam quamvis vita iniuaforis sit ex se aequalis vitae iniuafis, & ipsa occisio sit horrenda actio; tamen cum culpa ipsiusmet fiat, ut occidatur, omnino praefenda est vita iniuafis, cuius etiam occisio est longè magis horrenda, quam iniuaforis: imò huius non videtur horrenda, sed potius gloriosa. Ita ille.

RESOL. XLVIII.

An licitum sit sumere venenum, ut experiaris virtutem iheriacae? Ex p. 5. tr. 4. Ref. 38.

§. 1. **A**D hunc casum ita respondet Malderus in 2. 2. r. 3. c. 1. dub. 19. Non licet sumere venenum ut experiaris theriacam, nisi euidentis necessitas fuerit capiendi eius experimenta, aut satis certus fueris non subire in eo periculum, quod quia moraliter vix contingit, verius simpliciter Lopez negat. Ita ille.

2. Sed non desinam hic apponere verba Rodríguez in sum. 1. c. 221. n. 3. ubi sic ait. [No es pecado mortal tomar vno veneno o consentir que le muerda vna vibora para experimentar la virtud de la triaca, y esto concurrendo estas condiciones La primera que el que la compone se tenga por hombre que lo sabe bien hacer. La segunda que se prueue primero su virtud en vn bruto, y que el que la toma crea ser buena, y que no se pone a peligro. Assi lo tiene Nauarro, porque si està en duda, si se pone a peligro, illicito es tomarle.] sic ille.

RESOL. XLIX.

An aliquis ex ignorantia iniuincibilis excusetur ab homicidio sui ipsius, praesertim in aliquo casu, & ad evitandam gravem ignominiam, vel seruandam castitatem? Ex part. 5. tr. 4. Ref. 30.

§. 1. **N**egatiuè respondet Caiet. in 2. 2. q. 124. art. 1. Verum mihi placet affirmatiua sententia, quam tuncur Sotus de Iust. lib. 5. q. 1. art. 5. in fine. Lel. lib. 2. c. 9. dub. 6. n. 2; Becanus in 2. 2. de Iust. & iur. q. 1. de Homicidio, concl. 1. Malderus in 2. 2. r. 3. cap. 1. dub. 17. Filiucius tom. 2. r. 29. c. 4. n. 67. & Molina de Iust. 1. 4. tr. 3. disp. 9. n. 5. ubi sic ait. Quando quod de iure est naturali occultum, subtile, minimeque facile peruiam habet rationem, in id cadere potest ignorantia iniuincibilis, quicquid alij in contrarium dicant, maxime quando id aestimatoribus huius mundi vitantis actus laude & honore dignus communitur reputatur. Neque est improbable ignorantiam exulasse à culpa lethali actum, quo Lucretia se ipsam interfecit, sumisq; alios actus ab Ethnicis hominibus perpetratos. Ita Molina. Igitur dicendum est, quod quamvis homicidium sit contra lumen naturæ secundarium, hoc est, contra conclusiones deductas ex principijs notis lumine naturali, tamen potest cadere ignorantia in eiusmodi veritate, praesertim in aliquo casu, v.g. ad vitandam ignominiam, vel seruandam castitatem.

RESOL. L.

An possit dari ignorantia iniuincibilis, quod in aliquo casu homicidium sui ipsius sit licitum, & pro quo non debeat in dubio priuari Ecclesiastica sepultura? Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 47.

§. 1. **H**æc dubia discutienda sunt ex occasione casus huiusmodi facti enarrati à Bernardino Scardone de antiquitate Urbis Patavinae, lib. 2. Cap. 1. 4. ubi agitur de Isabella Bauignana puella agrestis sic asserit. Erit maritima laudis iacturam nobiles mulieres Patavinae ex eo fecisse videantur, quod hic modo puella rusticana obcurissimi nominis, pudicitiae splendore præ ceteris laudatæ tamè ex eo patriam nostram præclaro factio- roris laude fraudandâ non censuit, quin potius de tam generoso, ac pudici animi constantia, vel sic ignote puellæ ad præsum decus Patavinae pudicitiae, quicquid olim de hac ipsa in alio nostro opere de castitate iam dixi, hic rursum referendum putari. Nam quo tempore Maximilianus Augustus totam ferrè Venetiam, & praesertim agrum Patavinum excursionibus deuasabat: cum turmatim agrestes omnes in urbem confugerent, puella ista agrestis humili loco nata, sed nobilissimo animo & honesta for: na prædita, ubi verbè ingressa est, à propinquis suis (ut fit) ignara via à recto itinere ex minima trepidatione de se exit; & dum ita ignara locorum, extrabunda, lacrymas, omnia circumlustrat, in manus fortè incidit Militum Venetorum, qui praesidio Urbis stabant: à quibus tracta est in proxima cõstubernia, ubi interim ludibrio haberetur eius pudicitia. Sed nescio quo colore, & fato profluit miscella domo, & recta ad portâ, quare paulò ante in gressu fuerat, festina procurrit, putans se tutiorem fore inter hostes, & in agris, atque vbi que locorum, quam intra mœnia, & inter praesidia Ciuitatis. Insequitur incesti illi, acimpj prædones. Fugit exterrita puella more trepidæ & imbellis danae, quæ à cambusa raptâ fugâ rapit in memora & saluus: & ubi euadere amplius nõ sperat, de prærupta saxi crepidine sese præcipit,